credit esse decollatus. et ipa spelũca carcer fuisse dicit. et scitur persituacõem loci qui ibi distiguit egiptum et arabiã. hãc spelũcam habitatores ibidem sarraceni mechanici in maxia hnt reuerẽtia. lãpadibꝫ et luminarijs intus illuminãtens. et q̃uis p̃ alijs maiores reuerẽtias put põt spelunce et ecclesie exhibet speciales. Nã firmit credũt et dicũt experiuz q̃ si ipam eccl̃iam in tãta nõ haberent reuerẽtia. et vnã noctẽ non illuminarẽt. statim glires de terra exirẽt. et totũ opus materiarũ dilacerarent et aimchilarẽt. et dicũt ibidem q̃ quicunqꝫ ipi eccl̃ie et spelunce maiores reuerentias exhibeat q̃ meliꝰ sibi ĩ opere succedat. Hic locus quo nũc stat eccl̃ia olim in arabico macherõta vocabatur.

De tripoli ciuitate.

Prope egiptum prima ciuitas egipti Tripolis vocat et est supra mare in pede mõtis libani sita et comitatꝰ a terra sancta nuper a xp̃ianis recuperata Comiti de tholosa sorte erat in distribucõne deuoluta. Hec terra seu patria graminibꝫ pratis pascuis herbis arboribus et fructibꝫ p̃ alijs oĩbꝫ circũterris ẽ nobilissima et vberrima et specialit amenissima. Ita q̃ p̃ alijs terris ibidẽ dicit altera paradisus. et p̃ alijs locis humana mente in cõprehensibilis amenitate.

De fonte ortorum

Hanc terrã seu cõmuitatũ. fõs ortorũ pertrãsit. qui ibidem libano de altissimo mõtis acumine tã horribilissimo impetu descẽdit Itã q̃ p vnũ miliare sonꝰ audit. et stãs ꝓpe vltra triduũ surdus efficitur

De puteo aquarum

Similit hãc terrã seu comitatũ pertrãsit puteus aquarũ. et ibidẽꝫ orit ex terra plana. semp ebuliẽs et nũq̃ se diminuẽs et in omni forma et quãtitate sicut ĩ ciuitate padeburnen. fonte qui pader dicit. per omnia sil̃at. ex hijs duobꝫ fluminibꝫ scꝫ fonte aquarũ et puteo aquarũ vniũsa irigat terra. vñ sunt fluuij de q̃bꝫ legit fõs ortorũ aq̃rũ.

De monte libam

Et ẽ sciendũ q̃ mõs libani ẽ multũ longus. et in aliquibus locis ẽ multũ latꝰ. et secundũ judiciũ meũ. mõs qui ĩ partibus istis Osmach dicit per oĩa assimulat. et pretendit se ab inicio terre ꝓmissionis vsqꝫ ad siciliaꝫ. et ẽ mõs plenus omnibꝫ amenitatibꝫ arborũ fructuũ et herbarũ. quas humanũ cor poterit excogitaẽ. Itẽ ipe mons multis est casalibꝫ infinitis. et villis repletus. in quibꝫ omnibꝫ degũt cristiani. ad ritum latinorũ se habẽs. et quotidie passagiũ xp̃ianorum affecõnis. et multos ep̃os ip̃orum more romanorum xp̃ianorum vidi consecrare. Et est sciendũ q̃ illa terra ad quã hic mõs se ꝓtendit. q̃ olim Sicilia vocabatur. nũc armenia minor vocatur. Nam armeni sarracenis ipsam terram violenter abstulerunt. et quingentis annis sine intermissione cum ip̃is guerras et discordias habuerunt. In hac terra gloriosa ciuitas tharsis est sita de qua sanctus

Paulus fuit ortus.

De ciuitate Haruth.

Sed vt redeam ad ꝓpositū est alia ciuitas maritima que baruth vocat̄ adhuc cōpetenter inhabitata et terra recuperata ꝑ xp̄ianos in porcionē dn̄i de starckenberg fuit deuoluta et ibidem quondā viguit maximū studium generale. In hac ciuitate pulchra est ecclesia in honore sancti Nicolai facta q̄ a cristianis in maxima habet̄ reuerencia. Hāc etiā ciuitatē sanctus Georgiꝰ ad fidē xp̄i conuertit et ꝓpe eam draconē interfecit et eiusdē ciuitatis filiam regis a dracone liberauit et totam terrā illā multis miraculis illustrauit et adhuc lacꝰ draconis aperte videt̄. Ad hāc ciuitatem cīm peregrinorum jherusalem volenciū cōmunis transitus est et cōfluxus.

De Biblio ciuitate.

De biblio ciuitate nō remote ab hac ciuitate est alia ciuitas fortis et bene munita biblium vocata q̄ terra sancta recuperata in pocionē militis dicti de Emple fuit deuoluta. de hac ciuitate legit̄ in libro regū porro biblij portabāt linguarū. et illa ciuitas q̄ tūc biblium dicebat̄ nūc dicit̄ Gyblet.

De Japhe ciuitate.

Non remote ab hac ciuitate ē alia ciuitas maritima nomine Japhe vocata et adhuc cōpetenter inhabitata et ad hāc ciuitatē quondā peregrinorū cōmunis esꝫ trāsitus. sed soldanus modicū ante tempꝰ meū metu regis francie eius portū fecit deuastare. hec ciuitas habet duas alias ciuitates sub se pulchras scꝫ ramatha vnde ortꝰ fuit samuel ꝓpheta et astolonā et distat japhe a iherusalem ad tres dietas et comitatus et ille q̄ comes iaphe ē etiā est marschalcus iherusalē et dn̄s ramathe et astolona ita in titulo scribit vt ille qui tēporibꝫ meis fuit comes iaphe ip̄e et dux henricus de Hrunschwig duas sorores habuerūt cōthorales.

De sydone ciuitate.

Non remote a iaphe ē alia ciuitas maritima muris et turribꝫ optime munita sed totalit̄ deserta sydonis vocata q̄ etiā terra sancta recuperata in porcionē militis de neapoli fuit deuoluta et illa ciuitas q̄ olim sydonis vocabat̄ nunc sagecta vocatur.

De Tyro ciuitate.

Prope hāc ciuitatē ē alia ciuitas maritima vald̄ pulchra optimis turribꝫ et muris munita et in mari per se q̄si in insula mirabiliter sita tyrus vocata ꝫ nūc q̄si deserta q̄ sancta terra recuperata dn̄o baldewino fr̄i ducis gotfridi de bolim in porcionē fuit deuoluta et illa ciuitas q̄ olim tyrꝰ vocabat̄ nūc sur vocat̄. Inter sydonē et tyrū pulchra stat ecclesia in loco vbi illa mulier cananea clamauit ad dn̄m vt testatur euangeliū dicēs jhesus secessit in partes sydonis et tyri et ecce mulier ꝛc̄.

De gloriosa ciuitate Acon.

Prope tyrū ad vnā dietā in littore maris acon illa gloriosa ciuitas ē sita ad quā q̄ndam peregrinorū cōmunis fuit transitus et distat a iherusalē ad tres paruas dietas. de hac ciuitate antequā